



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

Pontificvm Romanorvm Continvata Svccessio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**



SÆCVLVM  
DECIMVM ANTIPA-  
PISTICVM,  
*seu*  
ROMANO-SCHISMA-  
TICVM.

PONTIFICVM ROMANORVM CON-  
TINVATA SVCESSIO.



- |   |   |
|---|---|
| HEODORVS II. suc-<br>cedit anno 901. Sed die 24.<br>moritur: ideo   | es 40. Ab Christophoro Sedis inula-<br>re detrusus obijt.   |
| 116. IOANNES IX. ex mo-<br>nacho creatur Papa an. 901. deposito-<br>que Berengario restituit imperium<br>Lamberto in Conc. Romano, an. 904.<br>Moritur an. 905. Sedit annis 4. dies 15. | 119. CHRISTOPHORVS sedet mensis.<br>Nam à Sergio pulsus, vincitus, carcera-<br>tus, in monasterio clausus vitam fini-<br>uit. |
| 117. BENEDICTVS IV. creatur an. 905.<br>magnus benefactor pauperum: obijt an.<br>907. Sedit annis 3.  | 120. SERGIVS III. inuasor Sedis, it-<br>trudente eum Marchione Tusciano obi-<br>vit an. 910. Sedit annos 2.                   |
| 118. LEO V. creatur an. 907. Sedit di-  | 121. ANASTASIVS Romanus ritè cra-<br>tur an. 910. obit an. 912. Sedit annos:<br>Men. 2.                                       |

122. LANDO operâ Theodoræ mere-  
ticis intrusus vixit menses paucos.

123. IOANNES X. anno 912. ab eadem  
intruditur.

Anno 928. ab Marchione Tusciæ  
Widone captus, sua su Marchia scorti  
per puluinar impositum ori suffocatur.  
Sedit annos 16. Parum peregit.

123. LEO VI. Surrogatur anno 928.  
Sedit menses 6. dies 15. Finijt in carce-  
re vitam.

124. STEPHANVS VII. succedit anno  
928. Obit an. 931. Sedit annis 2.

125. IOANNES XI. intruditur à Scorto  
Marchia Tusciæ anno 931. ab eius Mar-  
chipne Widone anno 933. coniectus  
in carcerem obit anno 936. Sedit an-  
nis 5.

126. LEO VII. Surrogatur anno 936.  
Moritur anno 939. Sedit annis 4.

127. STEPHANVS IX. Germanus suc-  
cedit anno 949. Pugnus saepius contu-  
sum ab Alberto Duce, Otto Rex Ger-  
manæ suum patriotam miseratus, sese  
misere elezioni schismatica statuit ac  
subuenire Germano. Obiit anno 943.  
Sedit anno 3. Men. 4.

128. MARINVS II. Succedit anno  
943. Spiritu prophetæ clarus, vita opti-  
mus: multum laborauit in Cleri & Mo-  
nachorum reformatione. Obiit anno  
946. Sedit annos 3. men. 3. dies 13.

129. S. AGAPITVS II. Subit anno  
946. Cogit anno 949. Concilium Ro-  
mæ confirmans Concilium Ingelhei-  
mense contra Hugones. Obiit an. 951.  
Sedit annos 10. Men. 3. Di. 10.

130. IOANNES XII. Alberici patri-  
cij filius duodecimennis seiptum intru-  
fit an. 951.

Clericu cum consentu, schisma metu-  
entis.

Anno 960. contra Romanos tyran-  
nos opem Ottonis implorat, eumque  
coronat Imperatorem anno 962.

At anno 963. deficientem ab Otto-  
ne ad impium Ducem Adelbertum,  
Otto vñtor in Conciliabulo depo-  
nit, sufficitque Leonem Pseudopapam:  
Quem Ioannes in Concilio, anno 964.  
cum eius Electoribus excommunicat,  
& obit seu ex mœstre, seu, ut Luitbran-  
dus prodit, à dæmone tempora per-  
cussus, dum pellici accumberet, ut intra  
paucos dies exhalaret: Sedit an. 9.

131. BENEDICTVS V. à Synodo col-  
lecta continuo subrogatur anno 964.  
Sed Otthonis impulsu Leo Antipapa  
coacto cætu abrogavit Papatum Bene-  
dicto legitimo Papam: quem Otto secum  
traxit in exilium Hamburgum: vbi ca-  
ptus exul sancte viuens obiit anno 965.  
Translatusque Romam inter martyres  
numeratur.

Annoque eodem obiit pseudopapa  
Leo. Ille sededit annum 1.

133. IOANNES XIII. canonice crea-  
tur anno 965. Sed à factiosis in carcerem  
detrusus an. 966. ab Ottone Imp. libe-  
ratur in factiosos vindicante.

Synodis duabus ritè celebratis, mo-  
ritur an. 972. Sedit annos 6. Men. 11.  
dies 5.

134. DONVS Romanus creatur' an.  
972. Obit post tres menses.

135. BENEDICTVS VI. canonice  
creatur' an. 972.

Sed an. 974. à Bonifacio Romano  
Cardinali celestissimo, Papatus in-  
uatore, capitulatur, carceratur, strangula-  
tur.



tur. Sedit annis 2. Contra quem se separans Benedictus Episcopus Sutrinus impium Vrbe ac Sede relicta fugere compulit: sed prius Vaticana despoliata nauigauit Constantinopolim. Continuoque

136. BENEDICTVS VII. idem ille ab Clero eligitur in Papam. Obit anno 984. Sedit annos 9, dies 10.

136. IOAN. XIV. creatur an. 984. ex Episcopo Papiensi, & Archicancellario Ottonis.

Bonifacius audita morte Ottonis, Ioannem tutantis, rediens Romam factione contracta Ioannem capit, in carcere trimestri inedia enecat: enectumque proiecit in publicum; & se ostentat Papam.

Atvero protinus suilmet, Deoque execrabilis factus, repentinâ corruit.

Hic sui cadauer raptare, cædere, lanceis confodere, laceratum relinquere an. 985.

137. IOAN. XV. Romanus vnamiter creatus anno 985. sededit in Tusciam metuens factionum.

At Romani, Ottonum memores, eum rediret exorarunt, ac permagnifice exceptum rite coluerunt.

Sicque ex hoc respirare Sedes Apostolica cœperit. Reges Angliae conciliat anno 995.

S. Vdalricum aliosque canonizat: & obit an. 996. Sedit annos 10.

138. GREGORIUS V. Germanus, Ducis Ottonis filius, creatur anno 996. Eiectus à Crescentio Duce Romano restituitur contra Ioannem XVI. pseudopapam Crescentianum.

Restitutus vero solis Germanus, in Concilio Romano, concedit Ius eligendi imperatorem, simul coronat Ottonem III. Obiit anno 999. Sedit annos 1. Men. 8.

Tot tanta inter propria schismatis castotissime quis non mirerur Ecclesiam Romanam: Stetit autem stabitque.

IMPE.

